



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convvlvio Calvmniarvm Vlrichi Veleni Minhonensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse cauillatur**

Fisher, John

Antwerpiae, 1522

Secvnda Persvasio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

errare, ut putaret quadraginta sex annorum aetate passum il-
lum fuisse, iuxta numerum annorum quibus aedificatus erat tem-
plum, quod & dominici corporis imaginem tenet. Ecce quanta sit
opinonum varietas, in supputando tempore necis christi, ut nihil
mirum sit, si de morte Petri fuerit ab autoribus variatum. Cae-
terum quodque inter scriptores tanta sit controversia, nemo tamquam ob
haec negat Christum per nos obiisse, nec super huius rei fide tre-
pidat quo usum. Quod & similiter de Petri pontificatu Ro-
mam gesto, par est omnino sentiamur. Quum enim ex tot scri-
ptoribus nemo unquam aut scripsiterit, aut senserit contrarium
quoniam Petrus Romam fuisset, sed oes id concorditer afferant,
& quod Romam federit annos plurimos, impudentissimum erit,
ut (si) qua fuerit inter eos pro anno supputatione discor-
dia) quisque ob ea ratione ausus affirmare, Petrum nunquam accessi-
sse Romam. Et haec pro calumnia prima confutanda, sufficiunt.

Ignorantia co-
sulatus quo na-
tus, vel quo pa-
sus est Christus?
nonnullos coe-
git errare.

SECUNDA PERSVASIO.

PETRUM Romam venisse in exordio vel secundo, vel
quarto imperij Caesaris Claudii, hoc est octavo, nono vel
undecimo post passionem Christi anno dicentes, eorum impre-
mis refellit opinio, qui Petrum in oriente quinque, vel secundum
alios, septem annis sese continuasse, tandem Antiochiam di-
uisientem, septem annis in episcopalium sede re sedisse, & in Pon-
to, Galatia, Bithynia, ac circuinacentibus Asiae provinciis ali-
qua moram eum fecisse adstruunt. Non enim, si id verum esset,
Romam venire nisi post quatuordecim, aut quindecim an-
nos, hoc est septimo, vel octavo Claudij anno potuisset.
Quibus patrocinatur gestor Apostolicorum scriptor Lucas
ca. xv. Controversia enim inter quodcumque de haeresi phariseorum
ex una, & Paulum ac Barnabam ex altera parte, de circumcisione,
observationeque legali habitu, eas obversas discussiendas, in
Hierusalem illi descendenterunt. Et factum est consilium Aposto-
lorum, & seniorum, inter quos Petro primae loquendi porrecte sunt
potes, quamquam Iacobi Hierosolymitanorum presbyteri senten-
tiae oes tandem subscripterint, eiusque approbauerint oratum
cula. Quae res manifestat Petrum nondum Romanum diuertere

B

potuisse, sed una cum Iacobo, & quibusdam alijs Hierosolymis
lymē mansisse, vel forte in partibus Iudaeæ Christū aliquādiu
docentem Hierosolymam tunc temporis rediisse. Et tamē
multorū est opinio Hieronymo super epistolā ad Galatas
dicente, quod circiter decimū octauum annum post Chri-
sti in cœlī ascensionem id factum fuisset. Quod facillimū
est creditū, si quis modo seriem rerū ab Apostolis gestarū
diligentius examinauerit. Cui ergo maior habenda fides,
Lucæ ne euangelistæ, qui rebus ab apostolis factis vel in-
terfuerat ipse, vel a Parilo apostolo (cuius indiuiduus tie-
rat comes, & quo præsente hanc scripsicerat historiam) erat
edoctus. An istis bellantibus mutuo historicorū, ac Theo-
logorū opinionibus? Quod si id necessario mihi dabitur,
ut Claudij primū nono, aut undecimo imperij anno Petrus
Romā venerit, & ibidem vigintiquinq; annis Episcopatu
tenuerit, iam non a Nerone, sed Vespasiano potius marty-
rium passus fuisset, quod neminē adhuc vñq; vel dixisse,
vel scripsisse compéri. Et hinc manifestariū est, ad nonum
Claudij annū Petrum Romam venire non potuisse.

SECUNDÆ CALVMNIAE SVMMA,

Acluum, xv,

Petrus concilio super legalib; habitu Hierosolymis
interfuit autore Luca, cui merito credendum est magis;
quam historicis, & Theologis mutuo dissidentibus.
At hoc concilium Hieronimus circiter annum ab ascensio-
ne Christi decimum octauum, afferit habitū fuisset. Quod
si verum sit, necessario consequitur, qd Petrus non ante no-
nū annū Claudij Romam venerit. Porro si nouē illis annis,
adieceris, xxv. quibus Petrum ait ut sedisse Romæ, iam nō
a Nerone, sed a Vespasiano martyrium passus, quod
adhuc, nemo vel dixisse, vel scripsisse compertus est.

RESPONSIO.

d

Respondemus, q̄ hæc calumnia seip̄sam interimit. Nam
quum nemo compertus sit haec tenus, qui vel scriperit,
vel dixerit, Petrum ultra Neronis tempora vixisse, sed
omnes coniēniunt illum sub Nerone fuisse passum, nec non
& Romę viginti quinque annis Episcopatum tenuisse, iam ne
cessario subinfertur, q̄ diu ante nonum annum Claudi⁹ Ro-
mam venerit, quum ab anno Claudi⁹ nono, ad ultimum usq;
Neronis, non plures intercesserint, quam nouemdecim.
Claudius enim haud expleuit annos, xiiij, quibus si coniun-
xeris, xiiij, annos imperij Neronis, summa fit viginti octo.
demptis igitur nouem annis Claudi⁹, iam residui sunt, non
vinginti quinque, sed nouemdecim dumtaxat. Et quum Hiero-
nimus horum utruncq; non semel fatetur, hoc est, q̄ Romę
sedet Petrus annis viginti quinque, & q̄ ultimo Neronis cruci
fuit idem affixus, constare secum hanc quaquam potest, si con-
cilium illud super legalibus, afferat circiter annum ab ascen-
sione christi decimum octauum, fuisse celebratum. Nam an-
nus decimus octauus ab ascensione christi, prorsus incidit in
ipsius Claudi⁹ nonum annum, quod ex Eusebij supputatio-
ne manifestum est. Neq; fieri potest (nisi ego vehementer fal-
lor) ut quis ab inconstantia, imo repugnantia Hieronimū
tutetur, nisi forte dixerit, Petru⁹ huius concili⁹ gratia, ex Ro-
ma hierosolymam rediisse. Quod si quis opinabitur, palam
erit nihilominus hanc calumniam non procedere.

Hieronymus

Petrus Romę
sedet, xxv, annis
et passus est ul-
timo Neronis
anno,

TERTIA PERSVASIO.

DENIQ; VE quod ne nono quidem anno illuc veni-
re potuisset, eiusdem imperij Petrus, Tranquillus in Clau-
dio est author, qui Christianos tunc temporis Roma fuis-
se pulsos scribit, Claudi⁹ (inquit) Iudeos impulso Chri-
sto assidue tumultuantes Roma expulit. Vbi Orosius ad
dubitat, utrum contra Christum tumultuantes Iudeos co-
ceri, & comprimi iussent, an etiam Christianos simul, ve-
lut cognatae religionis homines voluerit expelli.